Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

tyrannis dis .i. crudelitas

Reges Babilonie

Merodach



Iste Merodach fuit primus rex Babilonie qui a Monarchia Assyriorum recedens / non obedivit Assaradon Similiter nec rex medorum / Et ob hoc regnum Assyriorum defecit reges q̃ Babilonie ceperunt esse potentes / Iste et misit munera Ezechie

Xerses phus

Ludus scacorum repertus ab xerse phylozopho pro correctione Evilmerodach tyranni / qui sapientes et magistros suos occidere consueverat : quo solatio retractus fuit a tyrannide ad emendacionem /

Nabuchodonosor iste rex Babilonie victoriosissimus fuit / eo quod esset virga furoris domini : ut puniret peccata populorum / obtinuit regnum Assyriorum quod destructum erat a medis / Et factus est Monarcha / qui postea cum feris habitans septem mensibus / prece danielis in pristinam Nabuchodonosor formam septem annis penitens est restitutus / Cui res geste magni cognomen dedere / multa cum finitimis bella confecit / Et cum maxime cum egiptiis / ad extremum Judeam devicit / Et Syriam durissimo sibi subiugavit iugo / Joachim interfecit / et successorem cum vasis dei in babilone transtulit / et Sedechiam patruum suum loco suo suffecit / Porro dum vixisset annis quadraginta defunctus est in Babilone / relicto eius filio Nabuchodonosor regni successore

Bisantium urbs tracie maritima a grecis sic nominata / lacedemonii condidere ea primo / quibus Appolline consulentibus vrina sedes queri mandasse oraculum memorie proditum est ut contra cecos habitacionem locarent / Cecos autem megarenses appellavit Calcedonis conditores / Qui cum prius in Tracia navigassent : situque ubi postea bizantium edificatum est conspexissent / Omissa tam completa ripa tenuiorem regionem in Asia elegissent : ut Strabo refert / Ut autem Justinus et Eusebius ponunt hec civitas Anno ante adventum xpi / 663. In grecia ex opposito calcedonensis agri loco quidem optimo et munitissimo a Pausania Spartanorum rege primis conditoribus sue initium habuit / Et cum parva admodum esset / Postea a Constantino magno Imperatore qui eam adauxit et exornavit / Constantinopolis dicta. de qua latissime circa sua tempora describentur laude digna

Nabuchodonosor

Bisantium Bisanciu

solacio

ex

A vrina